UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Aliud. Ad Zachariam. Iambicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70001

Visual Library

Putáſne ſcribis, ac Ioannem notas?
Manu diſertâ hanc exprimit vocem ſtilus.
Mutâ hac tabellâ num quid eloquentius?
Vox ipſa Verbi ſub ſtilo hîc cœpit loqui.

Aliud. Ad Zachariam.

Iambicum.

QVod ore fari neſcias,
Manu loqui ſtat æmulâ.
Teſtis pugillar cereum,
Vociſque nomen exprimis.
Sic fręna, quæ ceu ferreo
Linguam coërcent vinculo,
Diſſoluis, ac os expedis
In Verba, verba libera.
Naſcens parentem ſic puer
Infans magiſter erudit.
Vox ille, neſcis? nuncia
Verbi, Deiq́ue conſcia,
Qua non ſit vlla doctior,
Nec vlla ſit facundior,
Quæ dat vel elingues loqui.

Ioannes cum matre ſua inuiſit B. Virginis Filium, interim intercurrit agnus.

Anacreonticum.

VBi puer puellum
Inuiſit, & reuiſit,
Ac mutuos ad ignes
Conſpirat hinc, & iſthinc
Concors amoris ardor:
Tunc agnus inter errat,